



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Manuale Sodalitatis B. Mariae Virginis. siue Exercitium Spirituale Christianae Pietatis

Véron, François

Coloniae Agrippinae, 1505 [i. e. 1605]

Præfatio. Præfectvs, Assistentes, Consvltoresqve Congregationis
Annunciatae Virginis vniuersis suis Confratribus, & Consodalibus Christi
pacem, & amorem Virginis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46577](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-46577)

PRÆFATIO.

PRÆFECTVS, ASSISTENTES, CONSULTORESQUE CONGREGATIONIS Annunciatæ Virginis vniuersis suis Confratribus, & Consodalibus Christi pacem, & amorem VIRGINIS.

Scripserunt hoc seculo de spiritualibus rebus egregiè, & pluribus egregij planè, & plurimi Doctores; vt propterea nõ admodum necesse sit noua excogitare, multò minus in lucem edere, quasi his vel meliora, vel accuratiora. Nõ defunt piarum precum, & orationum libri; non desiderantur siue de Christi, siue de parentis eius Mariæ vita Meditationes, & tractatus; abundat bibliotheca doctis iuxta, & pijs de virtutibus & vitijs, deq; Sacramentis voluminibus: deniq; quo iniquius & peruersius fuit hoc seculum, eò Spiritus sanctus fecundior a præstantioraq;

PRÆFATIO.

excitavit ingenia, quæ sacrarum rerum
copiam effœta quasi hominum ætati sup-
peditarent maximam, & tãquàm anti-
dota quædam cõtra Satana vires, & de-
ficientis mundi malitiam proponerent.
Sed quoniam ex vobis multi sunt exter-
nis officijs occupati, siue Ecclesiastici, siue
laici; multi quaq; studiosi adolescentes,
quibus vel legere, vel comparare sibi eos
omnes libros, qui aut omninò necessarij,
aut per quàm vtilis sunt non liceat (neq;
enim vnus aut alter ea omnia continet,
quæ Sodalitatis institutum postulat; aut
ita pleriq; vel copiosi, vel docti sunt, vt nõ
nisi ab ijs qui doctrina abundant & otio,
legi queant) visum nobis fuit admodum
conducere, immò prorsus necessariũ esse,
vt ex diuersis eiusmodi libellis quæ in rē
essent Sodalium decerperentur, at que in
paucis capitula, breui scilicet volumine, cõ-
traherentur; Breuiarium nimirũ ali-
quod eorum auctorum quasi peragentes.
Non defuerũt ex hac Sodalitate nostra,
qui ad eam rem operã suam detulerint,
quorum

PRAEFATIO.

quorum tandem diligentia, & labore libellus hic lucem adspicit; quem consulto Manuale Sodalitatis appellandum duximus, quod eū vobis semper esse in promptu, & quasi in manibus cupiamus: ex quo, tanquā ex pharetra quadam, ea desumatis vel orationum, vel commentationum, vel documētorum iacula, quae vobis aduersus machinas omnes demonis, carnis illecebras, mundi fraudes & nequitia adiumento, & praesidio esse possint. Valete, & hisce spiritualibus Exercitijs, beatissima Virginis cultum in vobis, alijsq; promouete.

A 3

AD